AD

Dominum Candidatum

ELoquar, an ſileam? dicam MONS jure vocaris,
Monte etenim tumulata latent, quæ ſunt pretioſa,
Monte latent gemmæ nitido fulgore micantes,
Monte latet rutulum, quo nil pretioſius, aurum,
Verùm MONTE tuo matura peritia juris
Floret, & illuſtrem tibi meſſem donat honoris,
Quod precor ex animo, Sincero, ut quadrat amico
Qualis ero ſemper, ſemperquè manebo fidelis.

Ita

Doctiſſimo Domino promovendo
aggratulari voluit

Servus & amicus devotiſſimus
Fridericus Lotharius
L. B. de Buchwiz
J. U. C.

Qui confidit in Domino, ſicut Mons Sion non commovebitur Pſalm. 124.

Fortius evectas feriant vaga fulmina turreS
Rident incaſſum flumina torta tameN
Adverſo montem circumſonet Æolus EurO
Non valet huìc ſtabili vi revocare locuM
Commiſſa eſt *Franciſce* tibi defenſio juriS
Integra juſtitia eſt usque tuenda manU
Sicut ſtant oculis montis faſtigia JOSEPH
Cunctis ſic tua nunc inclyta vita tetaP *
Ut Mons ipſe Sion nullo percuſſa timorE
Sic *Mons* Doctorum ſpicula nulla timeS
Inſolita eſto tibi, *Mons*, juris laurea donO

* tetap *lege* patet.

Sic intimo ſuo, & à Cunis inter cæteros dilectiſſimo amico gratulabundus accinere debuit

Adolphus Reiner. Scholl,
Sereniſſimi Electoris Palatini
Præfectus in Dahlen.

Gnome in illud Horatii

Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

PartVrIVnt M   & portant nobILe V
ontes   eLLVs *
LætantVr f   & rIDet patrIa t

Aſt partVs qV   an forſan fabVLa M
aLes   VrIs *
prôh non ſVnt t   ſeD tota sClentIa I

Nobilisſimo, & honoratisſimo D. promovendo nepoti ſuo perdilecto

Ita eX IntIMo CorDe gratVLarI VVLt

Joann. Anton. Brinck.

Montz VIVVs ſaLVIs fronDesCas LaVrIger annIs *
qVoD sIC eX fIDo VoVeo CorDe tIbI. *

Ita in die honorificæ promotionis commenſali ſuo ſuaviſſimo prolixiori affectu, quam verſu ponere voluit

Joann. Joſeph. Kamps,
Osnabrugo-Saxonus
J. V. C.

44.
5. 2 f.
8
57.

TIFFEN Gray Scale
© The Tiffen Company, 2007
A 1 R 2 G 3 B 4 5 6 M 8 W 9 G 10 11 K 12 13 14 C 15 Y B 17 M 18 19
TIFFEN Color Control Patches
Inches
Centimetres
Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black
© The Tiffen Company, 2007